

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Miseria e
cum fonte primo

Considera quantum potes quam magnum bonum sit ipsum esse quod et beati et miseri uolunt. Nam si hoc bene consideraueris, uidebis in tantum te esse miserum, in quantum non propinquas ei quod summe est.

Augustinus de libero arbitrio.

Considera igitur, quantum potes, quam magnum bonum sit ipsum esse, quod et beati et miseri uolunt. Nam si hoc bene consideraueris, uidebis in tantum te esse miserum in quantum non propinquas ei quod summe est,
in tantum autem putare melius esse ut quisque non sit quam ut miser sit in quantum non uides quod summe est, et ideo tamen esse te uelle quoniam ab illo es qui summe est.

Augustinus Hipponensis, *De libero arbitrio*, 3, 7 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.287, ll.13-19).